Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

211. Wyjątek z dawnej Kroniki miasta Lwowa.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бав. 211
ф. 4, оп. 1

Wyjątek z dawnej Kroniki miasta Lwowa. Rkp.

211

Nr. 211. II. $\frac{e}{22}$

III D 6

Extractus

ex Manuscripto Archivi Magistratus civitatis Leopolis
in lingua latina sub titulo exarato: Topographia civitatis
Leopolis, a Joanne Alnpeckio, Consule civitatis leopoliensis
(tempore Sigismundi III regis Poloniæ:) Versio hujus Ma-
nuscripti in linguam polonam videri potest typo vulgata in
libro „Pamiętnik Lwowski" Tom I w Lwowie 1816.
p. 3–24 et 97–120.

Hic ea solum ponuntur quæ in illa versione aut omissa,
aut ~~minus~~ erronee posita reperiuntur.

BIBLIOTEKA W.B. * BIBLIOTEKA W.B. *

Ad a^m 1340.

p. M. S. latine 2. dicit de cruce aurea, plurimis et pretio-
sis gemmis distincta, et portionem ligni in quo Christus
Jesus pependit, inclusam habente, quæ cum ~~Casimiro~~ reli-
quo thesauro a Casimiro rege Leopoli Cracoviam deportata
est, „hisc quæ extat etiam nunc in basilica Cracoviensi"
(: h.e. tempore Sigismundi III regis quo Alnpek vivebat:)

p. 2. „Veritus tamen Casimirus rebellionem Russorum,
ambas arces Leopoli combussit, et oppidum germanis eti-
pendiariis inter quos præcipui Stecheri, Czedlicii Schner-
stingi, Goldbergii, Eisenritulgi, Klopperi, Guttleri, Czornbergii
Gebelgi Waßerbrotgi, Scholeri, Schmidfeldii, Wenderbruchii
Traufrauliní fuerunt coloniam dedit, qui loci amoenitate
et soli fertilitate perspecta fere omnes remanserunt, et civita-
tem Lwów germanico idiomate Lemburg nominaverunt.
Ecclesiam romanæ obedientiæ primam parochialem S. Mariæ
Deiparæ ligneam, quæ nunc in suburbio Cracoviensi dicto sita
est et hospitale S^ti spiritus extruxerunt."

A^o 1362. p. 3. A^o 1362, (minus ergo recte in versione polon:
1342) annonæ penuria et fames insignis fuit, quæ tamen
regis beneficentia mitigata est, nam in ejus prædiis erat ingens
vis frumenti, e superiorum annorum ubertate reliqua, idq for-
mentum editionibus quidem justo pretio vendi jussit, plebs vero
egena partim commutatione rerum frumentum accipiebat, partim

opus faciendo merebat, quo quidem tempore Lemburgam muro cinxit, arcem superiorem et inferiorem lateritias condidit, turrim pro ecclesia metropolitana S. S. Trinitatis, opus magni sumptus intra moenia civitatis inchoavit, et a^o 1364 /: falso ergo in versione polon: 1344 / ~~per~~ per oratores in Avenionem ad Urbanum V^tum pontificem maximum missos, Ecclesiam metropolitanam Lemburgae octavo idus Aprilis ad dotationem sufficientem erigi, et fundari obtinuit. Jacobus enim Svinka archiepiscopus Gnesnensis per litteras apostolicas commissarius et executor designatus Lemburgam venit, et ex parochiali Ecclesia quae tum ibi erat inspectante rege Casimiro, et universa ejus militia, ~~[illegible]~~ Archiepiscopatum erexit, primumque Archiepp^um dictae sedis Christinum instituit ac consecravit. Verum brevi intercedente morte Casimiri hoc aedificium Ecclesiae Metropolitanae intermissum est, Archiepiscopatus Halicium sub eadem dioecesi tum temporis prae aliis civitatibus Russiae populosam translatus est.

Pag: 4 M. S.

Huc accessit liberalitas Hedvigis reginae Poloniae nepotis Casimiri quae a^o 1387 Lemburgensibus mercium omnium orientalium emporium confirmavit a quo tempore cives lemburgenses magis ac magis sese mercaturis dederunt. Armeni ad Capham, Constantinopolim, ad Alexandriam penetrantes merces afferebant, Germani, Poloni et Russi per regnum et extra regnum evehebant et mutua inter se benevolentia et amore certabant.

Pag: 5. A^o 1414. Joannes 23^{ius} P. M. Pontificatus sui a^o 5^{to} ad postulata regis Vladislai ex Halicia sedem archiepiscopalem Lemburgam iterum transtulit ad Ecclesiam S^{tae} Mariae intra moenia /quae a Casimiro magno aedificari inchoata et sub Vladislao Jagellone et Sigismundo 3^{io} perfecta est/ et adjunxit illi ecclesias Premysliensem, Chelmensem Cameneensem Vlodimiriensem Luceoriensem Areciensem et Kijoviensem, cum eorum episcopis et quascumque alias in Russia etiam Russorum. Erat tum temporis Joannes Rzeszovius nobilis Polonus. A^o 1429 fundavit rex Vladislaus Jagello in ecclesia metropolitana Canonicos ut more ecclesiarum Cathedralium sacra agerent.

Pag: 4.

Versus Eurum /wschód:/ nulla est ecclesiâ Catholicorum regio plena Judaeorum qui libertatibus quas a Casimiro M. rege Polonorum habent allecti, ex omnibus plagis mundi huc convenerunt.

BIBLIOTEKA W.B. *

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.